gregationis nræ, hoc Vni concessum, quod pluribꝫ denegatum, hoc
in tanta rerum oīum mutatione constantiæ basis est, hoc in
innumerarum rerum pereuntium intuitu florida, intr̃ tot,
ac tantorum Monasteriorum ruinas inconcussa, intr̃ Gemma,
nas adversitatum procellas immobilis, inter immanes, immen,
sasq; tempestates infracta persistet, verticemq; latissimum
attollet, at Verò quis tantæ constantiæ illiq auctor? quinam?
num divitiarum opulentia? non opinor, tum quia teste ex
perientia Coenobia nonnunquam ipsis opibꝫ nominis, famemq;
egestatem mercata sunt, tum quia Vbi multæ divitiæ, multi
et qui comedunt eas. Non honorum magnitudo. enim vero
annon honos onus est Poëtæ? at onus deprimere, nō subleva,
re, corrumpere, nō conservare consuevit. An alia commoda?
at pleraq; quemadmodum lapis ab alto ad centrum, ita hæc
in interitum nituntur, secumq; quibꝫ affixa erant pertrahunt.
Quinam igitur? Ne quaeso vos offendat toties iteratū Virtutis
Vræ praeconium ! Vos, Vos Rmi Abbates, Vos hoc Vniversa sin
gulari Vestra, atq; incredibili providentia, Vos hoc, quantumq;
sunt Congregatiōum, Visitationumq; iteratione, hanc inquam immor,
talitatis laudem Monasteriis vos confertis, Vestra solertia, cu,
raq; et sollicitudinis omne debitum est, Vobis omne suam per,
ennitatem Congregatio adscribat oportet. Et quid Verò? si enī
Balthasar ille unica noctis rex Vigilantiori oculo suo prospexisset
regno, Vestem suam purpuream nō tam brevi commutasset in
pullam. Cyrus si cautiori pede intentatas saltuum, monti,
umq; fauces lustrasset, nec exercitus periisset, nec suū ipse
cruorem in Vtre ad saturitatem bibisset. Bibisset Vero Roma,
furentium proditorum minis, cædibꝫ, incendiis prope suffocata,